bello profugi milites in Hercinia sylva, simulabant ij se iti-
neris comites futuros densiores inter arbores una cum Monuro
abeuntes primo omnium famulum apprehendere; qui dolo
intellecto ense tutari se moliebatur Monurus etiam arrepta
bombarda, iam explosioni contra latrones se praeparauerat
cum una uice quinq alij bombardis acervatim in ipsos
ruentes denfendere se à gentium impetu non potuerint
explosa tamen in eos ijq in ipsos famulus in bra-
chio male laesus fuit Monalus duobus vulneribus in
coxa, neq defensione tutari se planè potuerant. Ve-
rum uincti a latronibus coactiq fuère, urgebant ut
non solum quos ferebat nummos daret, simulq equos
et alia, uerum etiam, ut cum Cambijs vel mutatio-
nis litteris quas deferebat proprias epistolas adde-
rent, ad eos mercatores qui soluere debebant, ut ijs da-
rentur et reitè numerati essent, quemadmodum egere ut ab eo
se liberarent uitae periculo, imme polliciti super hos adhuc
alios si pinzam adire liceret, immo ipsi eam ob caussam ad
illam usq ciuitatem conductorem dedere, qui ut urbi ap-
propinquauit aufugit simul cum equis ac omnibus, mansit
eam ob caussam aliquot diebus Pinzae Monurus, donec
à Pragensi mercatore transmitterentur pecunia, ubi
etiam curata fuère uulnera famulus Monco luxa-
toq et ad omne exercitium inepto mansit brachio;
commisit se ergo itineri post sanationem, mutatis equis
quae res caussa fuit ut denuo aperirentur Vulnera
et morbum haud exiguum concitarint, is tamen tam
uehemens non erat, ut munere suo non fungeretur.
Tardigradus interim Fabriani haud tutus clam Parmam
se contulit, ibiq aliquam negotiorum tranquillitatem spe-
rans, Romam se cito reuersurum sperabat; Cum vero
procrastinari cepit malum, inter Ducis aulicos mansit.
et Fernesiae familiae familiaritatem sibi conciliauit,
Mathesios et Philosophiae nauit, primusq Monuro
scripsit. Mox ut Interamnium reuersus Eclypsatus
arcanorum collectioni et antiquitatum studio defatigabatur.